AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 66v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sio peccatorum. An quia eos unitas ecclesie tenebat. Quid ergo. Iohannes non
erat in unitate amicus ille sponsi uie dominice preparator. et ipsius
domini baptizator. Quis hoc dementissimum dixerit. Quapropter quam
quam ita credam iohannem baptizasse in aqua penitentie et remis
sione peccatorum ut ab eo baptizatis in spe remitterentur pecca
ta. re ipsa uero in domini baptismo id fieret. sicut resurrectio que in fi
nem expectatur. spe in nobis facta est. sicut dicit apostolus. quia simul nos excita
uit et simul sedere fecit in celestibus. et idem dicit. spe enim salui fac
ti sumus. Hanc et iohannes spe cum dicat. ego quidem baptizo uos in aqua
in penitentia. in remissionem peccatorum. dominum uidens ait. ecce
agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. tamen ne quisque contendat etiam
in baptismo iohannis dimissa esse peccata. sed ampliorem aliquam sancti
ficationem eis quos uissit paulus denuo baptizari per baptismum
xpi esse collatam. non ago pugnacitur. Illud enim quod adrem presentem
maxime pertinet intuendum est quomodo se habeat baptisma iohannis
cum eum ad unitatem xpi pertinere manifestum sit. que causa fece
rit ut per iohannem sanctum baptizari homines oportuerit. et per episcopos
auaros non oportuerit. Nemo enim negat quod in agro dominico
iohannes triticum erat. et si amplius non potest in ueritate centena. Item
nemo dubitat auaritiam que est ydolorum seruitus in messe domini
ca inter paleas computari. Cur ergo per triticum baptizatur. et per paleam non
baptizatur. Si propterea paulus per iohannem baptizauit quia iohanne me
lior erat. cur non et cyprianus per feneratores collegas suos baptiza
uit. quibus ultra comparationem melior erat. Si propterea per tales col